

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Antichristus n  
cum fonte primo

Beatus qui interfecto antichristo  
dies supra numerum praefinitum  
XLV prestolatur quibus  
et Dominus et Saluator in sua maiestate uenturus est.  
Quare autem post interfectionem antichristi  
XLV dierum silentium sit,  
diuine sciencie est nisi forte dicamus quod  
dilacio regni sanctorum paciencie comprobacio est.

Ieronymus super illud Danielis: Beatus qui expectat et  
peruenit usque ad dies mille CCC.XXXV.

'Beatus' inquit 'qui, interfecto Antichristo,  
dies supra numerum praefinitum  
quadraginta quinque praestolatur, quibus  
est Dominus atque Saluator in sua maiestate uenturus';  
quare autem, post interfectionem Antichristi,  
quadraginta quinque dierum silentium sit,  
diuinae scienciae est, nisi forte dicamus:  
dilatio regni sanctorum patientiae comprobatio est.

Hieronymus Stridonensis, *Commentariorum in*  
*Danielem prophetam*, 4.12 (CCSL 75A, F. Glorie ed.,  
pp.943-4, ll.671-677).